



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula CVII. Testimonij juramenti ab Epsicopo emittendi ante
consecrationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

lavit. Qui quidem Domini de Capitulo, singulæque personæ capitulares prædictæ statim supradictas litteras Apostolicas, ut obedientes filii ad se recipientes, & eisdem obedire volentes, eundem Dominum *N.* procuratorem, in personam dicti Illustrissimi Domini Roderici, ad realem, corporalem, & actualem possessionem dictæ Ecclesiæ, & Archiepiscopatus *N.* cum decantatione, & solemnitatibus, in talibus fieri solitis, & consuetis, receperunt, & induxerunt, & in sede Archiepiscopali in choro, & in loco in Capitulo ejusdem Ecclesiæ sedere fecerunt, nec non possessionem audientis dictæ Ecclesiæ, quæ tenetur modo in tali parte ac in domum sive palatium Archiepiscopalem *N.* procuratorem prædictum, nomine, quo supra procuratorio cum solemnitatibus in talibus solitis induxerunt, & eandem domum, sive palatium Archiepiscopale eidem dicto nomine assignarunt, recepto primitus ab eodem *D. N.* procuratore nomine quo supra, & præstito in manibus mei Notarii publici Apostolici infra scripti in anima dicti Illustrissimi *D. Roderici* Archiepiscopi corporali juramento professionis fidei, juxta Sacri Concilii Tridentini decreta, & de observandis dictæ Ecclesiæ statutis, super quibus omnibus, & singulis, idem *D. N.* procurator, nomine quo supra procuratorio, ac sui principalis, à me Notario publico Apostolico, unum vel plura, publicum, seu publica fieri petiit instrumentum, sive instrumenta. Acta fuerunt hæc in civitate *N.* die, mense,

anno, indictione, & Pontificatu quibus supra, præsentibus pro testibus *DD. N. N. N.* in hac dicta civitate residentibus ad præmissa omnia; & singula vocatis pariter, atque rogatis, & dicti *DD. Decanus, & N. N.* Canonici pro Capitulo, dictusque procurator suis hic se subscripserunt nominibus.

FORMULA CVII.

Testimonij juramenti ab Episcopo emittendi ante consecrationem,


Beatissime Pater, postquam litteras Apostolicas sanctitatis vestræ sub plumbo expeditas subditis Romæ apud *S. Petrum*, anno Incarnationis Domini *N.* die *N.* Pontificatus *N.* recepi; in quibus Beatitudo vestra mihi indulgit, & mandavit, ut à quocunque maluerim Catholico antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, assistentibus duobus aliis Catholicis Episcopis, munus consecrationis recipere valerem, & ante dicti muneris receptionem juramentum sub forma in dictis litteris contenta præstarem, & per me aspatentes litteras, meo Sigillo munitas, illud per proprium nuntium ad sanctitatem vestram, & Sedem Apostolicam, quanto citius destinare procurarem, sicque dictis *S. V.* litteris, & mandatis Apostolicis patendo, juramentum juxta formam meis præscriptam in tali oppido, die, mense, & anno, in manibus *R. D. Archiepiscopi N.* assistentibus *RR. DD. Episcopis N. & N.* hujusmodi sub tenore præstiti. *Inseratur hic juramentum ad litteram prout for. 103.*

In quorum fidem & testimonium
præsentes meas litteras manu mea sub-
scriptas, & Sigillo meo munitas, ac per
infra scriptum Secretarium meum re-
ferendas ad effectum prædictum
transmittere S. V. curavi, quam Deus

Optim. Max. ad multos annos incolu-
ment conservare, & exaltare dignetur.
Dat. in tali oppido, die, mense, & anno,
præsentibus pro testibus N. N. N. &c.

N. Archiepiscopus N.

N. Secretarius.



CIRCA HABENDAM SYNODUM DIOE- cesanam juxta Pontificale Romanum.

EPISCOPI singulis annis quemadmodum à Sacro Concilio Trid. præcipi-
tur, Synodum Diocesanam habere & illud anni tempus (hoc est; infra
octavam Pentecostes) in hac functione eligere debent, quo impediri minus Pa-
rochi possint caterique Diocesani clerici, & ob dierum longitudinem plura si-
mul negotia expediri, & absolvi valeant, ne Ecclesie Parochorum præsentia
diutius careant, Constituto igitur tempore celebrande Synodi, illud ex ipsius
indictione de more promulgata & affixa publicare debet in hunc qui sequi-
tur modum.

FORMULA CVIII.

Indictio Synodi Diocesane.

D Rodericus à Cunha, Dei & Apo-
stolicæ Sedis gratia Archiepiscopus
ac Dominus Bracharæ Hispania-
rumque Primas &c. Cum pro nostri
Archiepiscopalis officii munere, & an-
tiquorum, ac in Sacri Concilii Trid.
editorum Canonum observatione ad
moderandos mores, corrigendos ex-
cessus, controversias componendas,
aliaque à Sacris Canonibus permilla
Diocesanam Synodum habere debea-

mus. Omnibus igitur quibuscunque
Ordinis clericis, qui Canonum jure,
vel Ecclesiasticis sanctionibus, vel Tri-
dentini Concilii decreto, vel consue-
tudine, aliaque ratione Synodo prædi-
ctæ interesse debent, nota sit hujusmo-
di celebratio, ne aliqua ignorantia ex-
cusari possint; Universos & singulos
prædictos per hoc nostrum edictum,
quod ad loca solita affigi & promul-
gari jussimus, monemus in Domino,
eisdemque in virtute sanctæ obedien-
tiæ, ac sub pœnis Sacrorum Cano-
num à jure constitutis, omnino jube-
mus, ut præstita die, quæ erit... sum-
mo mane ad synodum prædictam in
nostra